

**CONSILIVM D. G E.
RARDI MAZOLLI REGIEN.
sis, & solutiones eiusdem oppo-
sitionum contra cons. 1551.
21. Decemb. & 1552. 10.
Febr. redditum in
arduo casu.**

**NECNON CONSILIVM EXCEL-
lentissimi legum monarchæ D. Mariani So-
cini patricij Senensis in sententiam con-
currentis primi cōsulentis 1552.
25. Octobris.**



VENETIIS. 1554.

20



FRANCISCA Arceuisia de Scandiano Aemiliam filiam in re certa heredem fecit, Scadianum & Sigismondum filios masculos heredes uniuersales instituit equaliter, & alteri prædefuncto sine liberis alterum superstitem substituit, obiit testatrix, masculorum alter uidelicet Scadianus, adita hereditate materna, et facta diuisione cum fratre, ex hac uita migravit, & Franciscam iuniorem, filiam unicum reliquit, Que hereditatē paternam agnouit ab intestato, Sigismonus petit bona subiecta fideicommissa, ut pote quia neptis non excludat substitutum, et eius existentia non faciat deficere fideicommissum.

D. Iesu Christi præsidio inuocato, ut os nostrum iustitiā loquatur: solennis questio est, in qua aliqui scribentium partem filie idest neptis æquorem, & tutiorem sensere, nonnulli rati partes masculi substituti ueriores, & iuri consonantes pro substituto responderunt, alij scedere distinctionis uarias sententias concordarunt, ego absq; multiloquio sentio pro substituto, quum sit unus ex descendentiis testatrix, Nec inficias eo, quin consultatio uideatur forsitan periculosa, quum de mente defuncti interpretanda agatur, ut in terminis inquit Soci. cons. 6. uol. 3. in principio.

Rationes pro parte filie, quæ præsentē cōsultationem reddere difficilem uisæ sunt, satis patent in



DIRIGAT dominus uerba mea in uia
 ueritatis & iustitiae. Accurate docte
 & luculenter absoluta fuit praesens co
 sultatio a praestantissimo iuriconsulto
 Domino Gerardo Mazollo mihi ut fratre honoran
 do, ita quidem, ut nihil intactum reliquisse uideatur.
 Conclusio tamen a sua excel. firmata, ut. s. conditio illa
 si quis ex filiis institutis decesserit sine liberis, debeat
 restringi ad masculos, & propterea dicatur imple
 ta conditio in fauorem Sigismundi superstilis ex fi
 liis & haeredibus testatrix, licet Scandianus frater
 eius decesserit cum filia foemina, ut per eam, uidetur
 aliquantisper dubitabilis.

Nam licet quando essemus in testamento patris,
 dicta conclusio apud me esset indubitata, quando sal
 tem institutus est unus ex descendantibus masculis
 testatoris, puta filius eius per allegata & copiose de
 ducta a domino consulente & ego pluries consulendo
 ita firmaui prout per eum aliqua ex cofiliis meis al
 legantur et ultra allegata per ipsum in consilio suo,
 hoc idem plenius & multis rationibus comprobau
 in cons. 168. M^{cus} comes eques & Iu. Vi. Doc. per
 totum 2. uol. ubi aperte demonstraui talem opinio
 nem esse ueram & communem & menti testatoris
 consentaneam ut uideri potest. tamen quia isto casu
 agitur de testamento matris & de eius haereditate
 res uidetur ualde dubia quoniam uidetur cessare ra

in l. admonendi de iur. iur. prout ibi refert & sequitur
Cacial. col. 16. uers. patet igitur tibi studiose
cum concordantibus ut dixi in cons. 32. Mag. D.
Clara Dolsina. nu. 19. uol. 2.

Et tanto magis dici potest istud, quia si apud iu-
dicem res dubia uideatur quæ fuerit mens testatri-
cis in ea conditione, animus eius poterit informari
ab eo quod d. testis deponit. Non etiam unus solus
plurimū operatur ad animū iudicis informandū etiā
quod non fuisset solemniter & præuia citatione exa-
minatus ut est Glo. quam ibi notat Bald. in c. 1. §. si
dico de pace tenen. & tradit Alex. cons. 112. in cau-
sa & lite uertente libro 4. quod etiam dominus con-
sulens dixit in septima sua ratione.

Ex his itaq; & alijs multis per dominum consu-
lentem sapienter deductis de subscriptione requisitus
una cum eo concludo in fauorem Sigismundi super-
stitis ut s. dicatur uocatus ad fideicommissum fratre
eius Scandiano sine filiis masculis decedente filia
eius exclusa quantum pertinet ad bona fideicom-
misso subiecta.

Et ut supra conclusum est de iure esse arbitror
ego Marianus Socinus Senen. Iu. V. D. eques & coe-
mes & aduocatus concistorialis Bononiæ iura ciui-
lia legens saluo semper saniori iudicio, & in fidem
propria manu subscripsi & solito sigillo sigillari
iussi ad laudem indiuiduæ Trinitatis.

X X V. O C T O B R I S.

M D L I I.

Venetijs Apud Bartholomæum
Cæsanum. Anno salutis
M D LIIII.

